4860 5+

officio praesenti Castrensi Bransensi in primo Citationis Termino peremptorie
responsione ac satisfactione. Omnibus controuersijs exceptionibus, allegationibus
euasionibus dilationibus motionibus appellationibus ac earum prosequendo
vel simplici in formitationibus, alijsque in vniuersum iuris remedijs et defensi
legalibusque impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores
abrenunciando et abrenunciando sub amissione sui et suorum successorum totius causae.

Jaworowsky Debitum

Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Bransens personaliter comparens Nobilis
Mathaeus olim Raphaelis Jaworowskij sanus mente et corpore existens palam succe
recognouit. Quia Nobili Alberto Jaworowskij fratri suo germano et eius posteris
teneretur essetque debitus certi veri et liquidi debiti mutuatae que pecuniae summam Qua:
draginta Florenorum polonicorum Quam quidem summam idem recognoscens submisit se
ac de bonis suis omnibus in simul cum potentate sua memorato Creditori suo siue
eius successoribus hinc pro dominica Ramis palmarum proxime Futura parata
pecunia soluere realiter et effectiue reddere et restituere aut circa acta officij
praesentis reponere et se in genere reponi et seliceam ad se eunsus ab officio
eodem non recipere nec modo quouis arrestare aut effide iubere sub vadio simili
aliorum quadraginta florenorum polonicorum in casu non solutionis, ad soluendum suc:
cumbendo. Et Coram officio praesenti in primo Citationis Termino peremptorie
responsione ac satisfactione. Sine vlla dilatione motione appellatione diffugio ac exceptione.

Krusszewski de Tloczewo Obligatio.

Coram officio et Actis praesen Castren Capitan Bransens personaliter comparentes Nobilis Zophia
filia Nobilis Alexandri Mierznowsky relicta olim Nobilis Laurentij Kosiro et Nobilis Christophe:
rus olim eiusdem Laurentij Kosiro filius annorum octodecem plus vel minus sani
mente et corpore existentes palam publice recognouerunt Quia Nobili Paulo
olim Benedicti Krusszewskij de Tloczewo haeredi et eius posteritati Bonorum
suorum in haereditate Piotrowce consistentium in campo sex sulcos incipiens a villa ad grani:
ciem Sliwowska protendens inter metas Joannis et Jacobi Kosirow iacentium Item in a:
lio campo quinque sulcos incipien a granicie Pstrzenska ad graniciem Krasowska
tendens inter metas ut supra iacens item in alio loco eodem campo quatuor sulcos inci:
piens et protendens ac inter metas ut supra iacens. Cum omnibus vtilitatibus fructibus
prouentibusque attinentijs et pertinentijs nullis exceptis, ubi tamen pratis et syluis
reseruatis et exceptis, in summa viginti florenorum polonicorum hinc ad quadraginta ad exemptionem
e summa praefata integrae et indiuisae exolutionem obligarunt in sortis ... inua:
riamque. Quam quidem summam incontinenter ... officio acceptam dat et admittunt. Pa:
remus ... euictionem omnimodam occasione praemissorum ab omni impedi:
mento in vnico quamuis libet personarum propinquarum et remotarum per omne
tempus tenutae eiusdem cauent sub vadio simili aliorum viginti Florenorum polonicorum. Et
Coram officio praesenti in primo Citationis Termino peremptorie responsione. Omnibus in
vniuersum iuris remedijs et defensis se bri abrenunciando et abrenunciando

Mierzwinski Grochowski Quietationes.

Coram officio et Actis praesentibus personaliter comparens Nobilis Petrus olim Mathiae
Mierzwinskij sanus mente et corpore existens palam recognouit Quia a Nobili Chri:
stophoro olim Martini Mierzwinskij decem florenos debiti coram actis Castren in:
scripti ex integro persoluit Ideo ipsum quietat Inscriptionem cassat perpetuo.